

DELICIARUM
EPISTOLICARVM
FESTIVALIUM

Exercitatio vigesima prima

PRÆSIDE

CHRISTIANO GUEINZIO

Rectore Gymnasii

Hallensis

Respondente

DAVIDE SCHVVERTNERO

Crazovia-Germano-Bojo.

In

FESTO SIMONIS & JVDÆ

cl. Is. C. XLIV.

HALLIS SAXONUM

*Typis Hæredum Melchioris Oel-
schlegelij.*



EPISTOLÆ

in

**FESTO SIMONIS JUDÆ
ANALYSIS.**

1 Petri 1. v. 3. 9.

THESIS. I.



Isus est sibi vide-

*re Esaias equites duos,
signum Babylonia ferro
& igne depopulantes,
ascensorem asini, & a-
scensorem cameli uti
testatur Es. c. 21, 7. Isti
duo equites non ineptè*

*dicuntur & intelliguntur Simon & Ju-
das cum in Perside & Babylone, veluti testa-
tur Eusebius lib. 3. c. 11. & Hieronymus de
Script. Eccl. de populari sunt idola gentilium.*

*2. Nec immeritò. Ita vel nomina ipso-
rum innuunt, dum Simon auditorem signifi-
cat: auditus verò origo fidei Rom. 10, 17. Us-
quicunque audis Christum, non audiat aliud*

A 2

lob.

Job: 10. 4, 5. Judas verò confessorum significat, ut qui credit, credat vero D E O, etiam confiteatur eundem, secundum Psalmem Ps. 116. v. 1. Et quia confessio debet fieri ex toto corde, etiam id cognomen Juda apostoli submonet, dum Lebbeus vocatur, quod cordatum denotat; Ne intelligatur Judas Ischariotes, uti habetur Matth. 10, 3. Depopulati itaque sunt spiritualiter idololatriam illi; nos itidem, si eque audiamus & confiteamur toto corde.

3. Ut excitemur ad mirumque, habetur in Epistola commendatio doctrinae de Christo, quod ipsa sit verissima, Deique misericordie colligentis sibi per illam Ecclesiam.

4. Idque fit partim per enumerationem beneficiorum respectu hujus vitae, & est spiritualis generatio v. 3. in quo habetur partim doxologia, in qua ostendit effectum, quod benedictus, uti & alias solet exordiri suas Epistolas Paulus post salutationem 2. Cor. 1, 3. Eph. 1, 3. tum quia ipse est DEUS benedictus, unde etiam apud Hebraeos כַּל־עֲזֹחִינִי ita vocatur. Non quemadmodum alii volunt tantum benedicendum, sed etiam benedictus propter beneficia, quae in sequentibus enumerantur: tum ut nos informaret, & magnitudinem beneficiorum nobis commendaret, atque ita nos incitaret ad Deum laudandum & glorificandum.

5. Et

5. Et objectum tum absolute quod be-
dictus DEUS, quia non alii, nisi ipsi propter
Spiritualia beneficia est benedicendum; ut qui
est scaturigo omnis boni. Et cum nobis talia
exhibeat, quid, nisi vicissim benedicere DEO
benedicto, prestare possumus? Fecit id ipsum
Maria Luc. 1, 46.

6. Tunc comparatè, quod benedictus sit
pater Domini nostri Iesu Christi, ut osten-
datur, non alium esse verum Deum, nisi qui u-
nus est in essentiâ DEUS, & trinus tamen in
personis. Quod & Beda innuit dum dicit:
DEUS & Pater Domini nostri Iesu Christi
dicitur: Deum quidem Domini nostri Iesu Christi
appellat, quia ipsum Dominum Christum ho-
minem factum fuisse meminit; patrem autem
Domini nostri nominat, quia eundem Domi-
num nostrum DEI filium semper extitisse
non dubitat. Quamvis rectius particula & id
ostendat, unde & Syrus omissa copulativa
simpliciter reddidit, quemadmodum & alibi
ita vocatur Matth. 13, 41. Col. 2, 4. quia
propter Christum credentium benevolus Pa-
ter est DEUS, non tantum per naturam sed
& per gratiam.

7. Partim αιτιολογία continens tum
causas internas, ut impulsivam, quod se-
cundum misericordiam, summam siquid-

dem misericordia impulsus, uti testatur David
Ps. 51, 3. & Paulus Eph. 2, 4. opus redemptio-
nis per filium peregit.

8. Explicatim respectu subjecti, quoad
quantitatem, quod secundum misericor-
diam magnam. Nempè respectu habito
ad nostram miseriam, qua magna erat. Ergo
& magna requirebatur DEI misericordia.
Et respectu ad alia DEI beneficia habito, cum
omnia quidem magna corporalia beneficia,
sed verè magna spiritualia. Magnum creas-
se nos, sed magnum certè est nos regeneratos
esse. Ut ita à negotio salutis simpliciter ex-
cludantur merita, qua non, uti Estius voluit,
sunt subordinata, sed opposita Eph. 1, 4.

9. Tum continens causam materiale
& formale n. quod nos regeneraverit. Re-
generatio enim est illud ipsum beneficium stu-
pendum totius Trinitatis. Sicut enim filii
hominum sumus carnali regeneratione, sic fi-
lii DEI spirituali: ut & explicatur 1. Joh. 3.
v. 1. Diabolus fecit nos ira filios & mortis
aeternae reos per invidiam: DEUS nos in filios
regeneravit per misericordiam. Et quidem
intelligitur regeneratio huius vitae, qua fit per
Baptismum, Job. 3, 5. & per verbum Jacobi
1. v. 18.

Causa

10. Causa externa est tunc finalis in
spem vivam. Hic enim finis & scopus re-
generationis & adoptionis est, ut spem ha-
beamus; sed vocat spem vivam, quia cor vi-
vificat & spiritali gaudio afficit Rom. 14.
v. 17. Ut ita de spe ipsa loquatur, non de ob-
jecto Spei, pro ut quidam interpretantur. Au-
gustin lib. 1. de pecc. merit. c. 27. legit in
spem vita aeterna. Quomodo etiā vertit Syrus,
sed rectius de spe ipsa intelligitur, quae talis di-
citur ratione objecti & quia fertur in Deum
vivum, 1. Job. 5, 20. & ratione effecti, quia
includit etiam fidem seu fiduciam dum vera
& viva spes nunquam est sine fide Habacuc.
2, 4. Gal. 3, 11.

11. Tum meritoria per resurrectionem
Jesu Christi ex mortuis. Describitur ve-
rò meritum Christi per resurrectionem, quia
illa est evidens argumentum peccatorum per
ipsius passionem & mortem expiatorum: quā-
vis alii referant ad spem vivam, cum à Christi
resurrectione certitudo resurrectionis nostrae
dependeat secundum illud. 1. Cor. 11, 12. Rom.
8, 11. sed rectius ad verbum regeneravit, quo-
modo etiam Syrus ordinavit, & Paulus
Rom. 4, 25. Explicavitq; Petrus hoc loco. Ita

A 4 qui-

quidem ut quædam à modo Paulus resurrectioni tribuit nostram justificationem, ita Petrus regenerationem nempe respectu 1. manifestationis, quia est evidens testimonium pro peccatis esse satisfactum. 2. respectu applicationis dum ob id resurrexit ut credentibus applicaret. 3. respectu actualis à peccato absolutionis, ut sic sit causa & pignus & complementum. Propriè non agit de resurrectione, sed de beneficiorum per fidem nobis donatorum celebratione, quam per resurrectionem Christus obsignavit & applicavit. Debemus itaque semper recordari nostræ regenerationis.

12. Respectu alterius vitæ est ejus hæreditatio v. 4. in quo de qualitate conjunctim quoad subjectum, quod in hæreditatem regenerati sumus; si enim filii sumus, utique etiam hæredes Rom 8. 17.

13. Et quoad adjunctum summam in se, quod regenerati in hæreditatem incorruptibilem; Ne quis arbitretur, esse tantum hæreditatem terrenam, quæ est corruptibilis, vel etiam terra Canaan, quæ etiam hæreditatis nomine venit, Lev. 20. 24. Deut. 3. 18. Ps. 135. 12. Deut. 9. 4. Dicitur incorruptibilis, ut exaggeret hæreditatis cælestis perpetuitatem, & causam meritoriam, dum non redempti corruptibilibus, ostenderet,

14. Si-

14. Sigillatim respectu qualitatis, quod sit incontaminata seu impolluta, uti etiam usurpatur hoc, metaphora sumta à virgine ex Sap. 4, 2. epitheton de Christo, Hebr. 7, 26. Et de cultu DEI grato Jacob. 1, 27. quo respicitur ad sanctitatem et integritatem, quia celestis nihil fastidii habet, quemadmodum et propterea lapis ita appellatus est teste Plinio lib. 36. Nat. Hist. c. 19. opponiturque voluptatibus seculi et gaudio terreno.

15. Et respectu durationis, quod sit immarcescibilis, uti sapientia vocatur Sap. 6, 12. quia hereditas celestis gratiam instar floris amaranthini semper retinebit. Unde etiam ducta est metaphora ab herbâ, Plinius lib. 21. N. H. c. 8. et Dioscorides lib. 4. c. 47. ut differentie ostenderetur inter hereditates huius seculi, quæ instar florum citò marcescunt, Job. 14, 2. At qui ita hereditas ista est incorruptibilis, quia nunquam deficit, est incontaminata, quia nihil immundi recipit, est immarcescibilis, quia nunquam vilescit.

16. Distinctim de loco in genere, quod sit hereditas conservata; Dicitur autem conservata in perfecto, quia iam olim ab origine mundi, imò ab aternitate, parata, Matt. 25. v. 34. 2. Thess. 2, 13.

17. In

17. In specie r̄um respectu loci quod in
cœlis, ut ostendat hereditatis huius 1. excellen-
tiam, quod non terrena, 2. certitudinem d̄m
non in nostris manibus sed in DEI. 3. per-
petuitatem & felicitatem adhuc dum incon-
spiciam Col. 3, 3.

18. Tum respectu subiecti quod nobis,
seu in nos per Hebraismum, uti & v. 25. ut
si contingat nos privari hereditate terrena,
solentur nos hereditate in cœlis posita. Er-
gò obliuiscamur eorum, quæ retrò sunt in his
terris, Phil. 3, 14. ut queramus id, quod
sursum est in cœlis Col. 3, 1. Et quamvis in
quibusdam Exemplaribus legatur vobis, ut &
Arias Montanus & Augustin. & Hiero-
nymus lib. 1. contr. Iovi, c. 24. legunt, perin-
de est quasi nobis cōgruat v. 3. tamen sensus est,
hereditatem cœlestem asservari illis, quos Deus
regeneravit.

19. Et in periculis cōservatio v. 5. In quo
tum modus respectu DEI, quod fiat virtute
DEI. Dixerat enim Apostolus, nos per ma-
gnam misericordiam in spem vivam esse rege-
nitos sed quia non sufficit, quem regenerationis
per fidem esse participem factum, verum &
requiritur, insuper, ut cōservemur & perseve-
remus. Quæ cōservatio in periculis æque
est opus divinae virtutis. Et ne quis cogita-
ret,

ret, virtutem divinam esse instrumentum,
particula, non *Agè*: sed *è* usurpatur, Nec n.
ista sunt accipienda exclusivè, sed subordina-
te, Et uti divine misericordie tribuitur rege-
neratio, ita divine virtuti conservatio, in qua
se virtus magis magisq; exserit, nec enim ullus
sua libertatis potentia custodire valet, uti in-
quit Beda, sed illius quarendum per omnia
auxilium, à quo initium bonae actionis accepi-
mus.

20. Respectu nostri tum quoadmo-
dum quod custodiatur seu quasi presidio mun-
niantur, hoc enim *Φραγείδου* propriè signifi-
cat, uti *ε* Herodianus usurpat & Paulus,
2. Cor. 11, 32. & Iudith c. 3, 2. Gal. 3, 23. si-
gnificaturque, pios virtute DEI seu presidio
quodam muniri, contra spiritualium hostium
oppugnationes & oppressiones. An non enim
Ecclesia credentium est civitas DEI Ps. 46, 5.
Ezech. 48, 25. ? At huius Dominus ipse est
murus circa eam igneus Zach. 2, 3. excubias
constituit Ps. 34, 18. imò ipse excubat Ps. 121,
4. Salus ergò nostra non in nostris, sed in DEI
manibus reposita, nec humana, sed divina vir-
tute conservatur, cui *ε* perseverantia in fi-
de debetur, 2. Timoth. 11, 12. propter rarita-
tem adoptionis, veritatem promissionis, pote-
sta-

statem redditionis, secundum Bernhardum,
Serm. 3. de fragm. septem miser. Unde ad-
dit Ambrosius hoc ideo dixit quia cum DEO
qui pacem habet, non omnem timet adver-
sam mentem; tutus enim est pace DEI omnis
diligens DEUM in Christo IESU.

21. Tum quoad instrumentum, quod
per fidem fiat, quia fides medium unicum,
quo beneficia Iehova caelestia, & ipsum robur
anima contra hostes accipimus. Sicut utrum-
que coniungit & virtutem & fidem my-
sticam. Non ergo ex absoluto decreto con-
servantur fideles & immediate, sed per eadem
media, per qua fides accenditur. Fide igitur
apprehendenda promissiones de conservatione
nostra salutis, à virtute divinâ expectanda.
Unde & certitudo est ordinata, hoc est, respicit
media divinitus prescripta, uti habetur Ioh. 8,
31. Ne se subducant Heb. 10. 38. neque se
avertant à sacro precepto in 2. Petr. 2, 31. nam
is per peccata excutit, Spiritum sanctum &
virtuti divinae salutis conservationi renun-
ciat.

22. Tum effectus absolutè, in salutem.
Apprehendit enim ea fides IESUM, qui ius-
titia nostra, 1. Cor. 1, 30. Es. 33. 42. Ergo non
propter operum nostrorum merita, quia per ea

NON

non essemus certi. Unde illud nos custodiri
in salutem, cum participio custodiri conjungi-
tur, ne per vim vel fraudem hostium accipia-
tur: exstodit enim DEVS nos.

23. Comparatè respectu qualitatis, quæ
parata revelari: ut significetur salutem esse
quidem in cœlis paratam & reconditam, in-
terim nondum revelatam, quia adhuc abscon-
dita à DEO reservatur, Col. 3, 3. 1. Ioh. 3, 2.
Et respectu temporis, in tempore novissi-
mo, id est in fine seculi, quod erit divitiarum
& gloria hereditatis secundum illud 2 Cor. 4,
8. Matth. 25, 24. nunc enim latent premia,
sed revelabuntur tamen in fine seculi. Anima
quidem Beatorum statim post mortem perve-
niunt ad DEVM secundum possessionem, sed
totum compositum per revelationem, est ani-
marum non hominum quod absconditum,
nec ab omnibus creditum, quia salus credenti-
bus à DEO parata, revelabitur, unde & judi-
cium extremum $\Phi\alpha\nu\epsilon\rho\omega\sigma\iota\varsigma$ appellatur, Tit.
2, 12. Perseveremus itaque ut nobis reveletur
DEI gratia.

24. Partim per consolationem quoad
præsentia, quia non diurna tentatio v. 6.
in quo tum effectus est exaltatio, dū inquit,
qua in re exultatis; ut respondeat ad objectio-
nem,

mem, si credentes sunt DEI filii cur ergò ten-
tantur? DEum non solum saluari consilio
permittere, ut aduersa contingant, sed etiam
consolationem suam immittere, per quam in
aduersis erigantur 2. Cor. 1. 4. Unde parti-
cula ἐν τῷ, non refertur ad proximum praece-
dens, uti Oecumenius voluit & Syrus de tem-
pore explicat, sed ad precedentis membri com-
plexum, quae exposuit beneficia DEI erga ipsos.
Quasi dicat, ideo exultatis per Spiritualem le-
titiā, ut quae ex sensu beneficiorum diuinitus
collatorum oritur. Nec, uti quidam volunt
imperatiuè, sed indicatiuè; quia nondum de-
scendit ad exhortationem, sed adhuc versatur
circa beneficiorum enumerationem; Et qui-
dē non simplex letitia intelligitur, dum verbū
ἀγαλλᾶσθαι invenitur, sed quae vultu, vo-
ce & gestu manifestatur, uti Christus usurpat,
Matt. 5, 12. & 1. Petr. 4, 12. Calamitates enim
non solum patienter toleranda, sed & letanter,
Act. 5, 41. Iacob. 1, 2, uti facit David Ps. 118,
21. Paulus qui gloriatur Rom. 5, 2. 2. Cor. 12,
10.

25. Et modus per Antithesin tristitiæ
ex afflictionibus ortæ: cuius describitur
circumstantia, partim ab adjunctā quanti-
tate, in temporis breuitate, quod modicum
sit,

lit. *Ut ostendat, spirituales latitiam non
extingui per afflictiones externas, unde etiam
exultare possunt secundum Spiritum, quamvis
tristari debeant secundum carnem & sangui-
nem, 2. Cor. 6. 10. Nihil enim dicitur, quod
quod cum hac fugaci vita desinit. David
nonnumquam annos decem fuit in exilio: qua-
tuordecim autem in imperio, 2. Sam. 5. 4. &
quid momentū ad eternum? At momentane-
um quod affligimur, Psal. 30, 6. Es. 54, 7.
2. Cor. 4, 17. Petr. 5, 10. Breve igitur quod
cruciat, eternum quod delectat.*

26. Et ab adjuncta qualitate seu condi-
tione, si opus est: ut ostendat pios in hac vita
non posse esse ab afflictionibus penitus immu-
nes: non enim temerè fiunt. Et sicut Christus
de se ipso dicit Marc. 8, 31. ita quoque membra
Christi in hac vita sunt subiecta, ad Rom. 8.
v. 29. *Ponitur enim δέον ἐστίν, pro δέον
Actor. 19. 36. uti & Petrus in c. seqq. v. 17.
Et ita apud Philon. in lib. de mundo usur-
patur. In vulgata conjungitur cum Partici-
pio sequenti, si oportet contristari, uti & Be-
da legit, sed hac ratione totus sensus obscurior
redditur, & non infinitivus ponitur, sed par-
ticipium in Nominativo in Accusativo.*

27. Et materia in genere, contristari.

Hoc

Hoc enim modo DEVS solet probare suos ut
tristitiam sentiant, non ad damnationem, sed
ad salutem: fides n. hoc modo exploratur uti
ex Abrahami, Iobi, Davidis & aliorum exem-
plis patet.

28. In specie per tentationes varias, nem-
pe per calamitates & omnis generis adversita-
tes, uti etiam Iacobus c. 1, 2. ita appellat, ut
sunt fames, infamia, exsilium, spoliium, marty-
rium, quemadmodum vox πειρασμός ita acci-
pitur Luc. 22, 28. Actor. 20, 19. Gal. 4,
14. nec enim semper nec omnibus aequae graves
incumbunt afflictiones, simulque particula *cu*
non solum tempus denotat: sed etiam causam
intimat, quod propter confessionem Evangelii
accidant. Patienter itaque sunt ferenda, non
autem temerè accersenda calamitates, ut
qua divino consilio immissae: non humana te-
meritate attractae.

29. Et quia fidei per crucem exploratio
v, 7. in quo est consolationis argumentum
à fine & ab effectu desumptum, cuius &
amplificatio per collationem minoris &
majoris, cuius consequens est, probatio fi-
dei multo preciosior auro; nam si quod cor-
ruptibile probatur ut reddatur preciosum,
multo magis fides ut gratior fiat. Nimirum
osten-

ostendit propter quam causam piorum afflictio-
nes, tentationes vocentur, scilicet ut explo-
raretur fides: siquidem probatio fidei est per
Hebraismū idē ac fides probata: vox enim לְיָמֵי
וְתִרְפוֹתָיו respicit τὸ δοκιμίων, ut nulla sit ellipsis,
quemadmodum alii volunt: quia compa-
rat fidem per probationes cum auro, non au-
tem probationem fidei cum probatione auri.

30. Antecedens est aurum, quo dicitur fi-
des preciosior: De quo partim prædicatur,
quod tamen in vulgato omittitur, corrupti-
bile ut ostendatur causa propter quam fides
afflictionib9 probata, preciosior statuatur auro:
quod, quamvis sit nobilissimum inter omnia
metalla, tamen tandem perit dum deteri-
tur, fides verò per ignem crucis augetur. Fides
reddit hominem bonum coram DEO, aurum
non potest liberare Zephan. 1. 18.

31. Partim quod per ignem probetur, ut
eius bonitas exploretur & ad iustum pondus &
precium revocetur, eum à scoriis repurgatur.
Sic ergò fides auro cōparatur ratione. 1. origi-
nis, Ps. 19, 13. 2. ratione dignitatis, quia uti au-
rum preciosissimum metallum, ita fides prestat
omnibus virtutibus, dum dignitatem reliquis
conciliat: nec enim fides cessabit quum norma
iudicii erit, Marc. 16, 16. sed quatenus im-

B

per-

perfecta in hac vita dum ex parte cognoscimus, cessabit, uti habetur, 1. Cor. 13, 10. & 12, non quatenus fiducia: ac uti illi succedet visio, ita cognitioni anigmatica succedit cognitio intuitiva, quae quoad fructum in aeternum aeternaturae, 3. propter raritatem, nam fides rarissima. 4. propter virtutem, quia ut aurum corpus confortat, ita fides animam: & denique propter probationem, uti habet Iob. 23. v. 10. Prov. 16. v. 3.

32. Et declaratio est tum quoad effectum, quo cedat partim ipsis respectu aliorum electorum in laudem: siquidem Christus in die iudicii credentes laudabit, 1. Cor. 4. v. 5. Matth. 25, 25. Et angelorum in gloriam, quia gloria erit omni, qui bonum operatus est, Rom. 2, 10. Col. 3, 4. in dotibus animae. Et respectu ipsius DEI in honorem, quoad separationem, dum DEUS eos à malis segregabit & ad dexteram suam collocabit chorisque Angelorum associabit Iob: 12, 26

33. Et quoad eventum per indicationem temporis, cum patefaciet JESUS Christus. Id est in adventu novissimo, ubi revelabitur de caelo 2. Thess. 1, 7. nam ille ipse vocatur propterea dies revelationis 1. Cor. 1, 7, 4. 1. Pet. 1, 5, 4, ut ostendatur ipsum secundum infal-

libilem

libilem suam promissionem Matt. 28. 29. presentia invisibili adesse, in die autem iudicii revelatum & manifestatum iri, uti & Ambrosius monet lib. 1. in Lucam c. 10. dum Christum sic alloquitur: licet ubiq; sis & stans in medio nostrum non cernaris a nobis, erit tamen tempus quando universa caro, te respiciet reverentem. Et ita quod fornax auro, lima ferro, flagellum grano, hoc tribulatio viro justo, quod ait Savanorola: virtus quippe fidei in periculis securae est, in securitate prosperorum periclitatur.

34. Quoad futura est Dei dilectio v. 7. in quo antecedens causa negativè, ab objecto cum non videritis: quia visio non est causa dilectionis, uti testatur ipse Christus, ubi Thomas respondet, beati qui credunt, et tamen non vident Ioh. 20. v. 29. Fides enim respicit invisibilia Heb. 11. 1. Et licet aliqui adhuc vixissent, tamen divinitatem illius non viderunt, monente Lyra, precipuè verò respicit fideles ex gentibus, qui inter ipsos iudeos. tum respectus habetur ad tempus annuntiationem Evangelii & conversationem antecedens. Non autem inde sequitur propterea semper esse visibile, cum nec quidem corpus purè naturale, quoad substantiam actualem videatur; nec Christus in statu exinationis semper visus est

est Luc. 4, 30. & Joh. 8, 59. Neq; stringit quod
Christus Luc. 24, 39 à visibilitate & palpabili-
tate argumēta sumit, quo corporis sui praesentiā
probet, est enim magis principale & est demō-
stratio petita non à Physeos νόμος, sed ex οὐκ ὀνομα-
σίας tropo, nō ex natura necessitate, sed ex libe-
rā voluntatis dispositione: Alioquin pari ratio-
ne concludendum foret, Christus ex eo, quod
edit & bibit, discipulis veritatem corporis sui
demonstravit. Ergo edere & bibere est corpo-
ris glorificati inseparabile proprium, quem
tamen concludendi modum Calvinus ipse re-
pudiat. Ac probè notandum, quod Christus i-
pse beatos eos predicet, qui licet nō videant, ta-
men credant, siquidem fidelium lumen est in-
cunctanter credere & ibi figere desiderium,
quo nequeas inferre aspectum inquit Leo ser.
2, de Asc: Dom.

35. Et consequens, quod diligant Chri-
stum: quia fides non est frigida notitia, sed in-
flammat cor ad amorem Christi; aliās ad amo-
rem plurimum facit aspectus, 1. Joh. 4, 20. pro-
inde dilectio Christi inde exaggeratur, quod
eum nondum visum credentes diligant.

36. Quoad subjectum consequens est
de exultatione, tum negativè, & in quem
nunc quoq; non videntes: quod in Christi-
anis

anisi in progressu adhuc dum non cernentes.
tamen fide adhaerant. Ut ostendatur ipsos
non propterea credere quia vident, sed quia de
eo audiverant, siquidem fides ex auditu est.
Rom. 10, 17.

37. Et affirmativè per adverbium, ta-
men sint credentes, quod bonorum est Chri-
stianorum, quia duplex est Christi intuitus,
corporalis, qui absque spirituali non est salvi-
ficus, & spiritualis, qui absq; corporali tamen
talis Luc. 2, 30. Interim tamen non omnia cre-
denda, quae non cernuntur, si sunt cernenda,
ut male inde colligat Salmeron, panem esse
corpus Christi transubstantiatum, licet ocu-
lis non videatur: siquidem sensus testatur sub-
stantiam panis, qui circa proprium objectum
non fallit. Inde Scotus inquit 4. sentent.
Dist. 114. 3. & Ambros. in Sacramento veri-
tatis non debet esse falsum. At si desit substan-
tia panis, erit falsitas in accidentibus.

38. Quoad praedicatum summam, quod
exultent; siquidem ex fide sequitur gaudium
spirituale cordis, sicut discipuli Christi gavis-
sunt, viso corporaliter Christo, Joh. 20, 30. ita
pii spiritualiter. Non autem in Imperativo
habetur, uti Augustin. lib. 2. de Symb.
Catechum. c. 7. legit, quia Apostolus nondum

descendit ad exhortationem, sed versatur adhuc in beneficiorum spiritualium enumeratione. Neq³ per futurum reddendum est simpliciter, cum sit presens Indicativi, uti quoq³ Syrus reddidit, quia credentes etiam in hac vita letitiâ spirituali exultant, prægustum celestis hilaritatis in corde sentientes, interim etiam secundariò respicit gaudium futurae vitae.

39. Explicatim amplificatur id gaudium partim ab adjunctâ quantitate, quod sit ineffabile, nempe ratione objecti, quia est de bonis vitae aeternae ineffabilibus, de quibus Augustin. lib. de triplici habitaculo disserit, & ratione adjuncti, quia ut pax Dei, ita quoque gaudium illud exsuperat omnem sensum Phil. 4, 7. & ab adjunctâ qualitate, quod sit gloriosum, quia est de gloria & felicitate celesti, & quia opponitur gaudio mundano & terreno, quod est inane & momentaneum & inluctum desinit Prov. 14. 13.

40. Et salutis aeternae possessio & impetratio, v. 9. In quo causa finalis declaratur fidei, quoad subjectum, quod sint reportantes finem fidei. Idq³ congruit cum illo, 1. Cor. 15, 49. Et declaratur per metaphoram sumptam ab operario, qui laborem tolerat & portat

lat

eat spe pramii, non spe mercedis: nam τέλος
non significat hoc loco mercedem, sed finem
propriè. Unde absq; necessitate à propria si-
gnificatione non est recedendum, cum & Hebra-
is merces extremum dicatur, Prov. 23, 18.
Et licet etiam pro pramio, uti Syrus habet, su-
matur., tamen est liberalitatis & gratia ceo
Ambrosius monet lib. 1. c. 1. non meriti Matt.
5, 46. Luc. 6, 32. Ps. 127, 4. Et quia presens
reportantes per enallagen temporis pro futuro
positum est, unde & Syrus reddidit ἐκβαλὼν
ut reportetis.

42. Quoad prædicatum, salutem ani-
marum. Per quam non intelligitur tantum
initium salutis, uti sumitur ad Rom. 8, 24.
Eph. 2, 8. dum in ipsa iustificatione reddimur
participes Rom. 4, 6. sed de salute consum-
mata, qua post mortem hominis in vita ater-
nà obtinget. Quin Apostolus ultimo loco hoc be-
neficium enumerat tanquam precedentis fi-
nem & scopum ut ostendat quod omnia diri-
genda sint ad vitam aeternam. Et anima quis-
dem mentionem facit, quia primum salutis
particeps redditur, non verò corpus excludit-
tur, quia propterea eius resurrectio expecta-
tur. Omnia igitur sunt propter vi-
tam aeternam, Joh. 20, 31.

B 4

NO-

NOTÆ.

I:

Secundùm misericordiam) magnam) Considera, licet simus magni peccatores, tamen nos DEUM regenerasse, ut discas magni estimare tuam regenerationem.

II.

Sit breve tempus) considera afflictionum tempus breve esse, ut discas patienter sustinere, quia futurum gaudium æternum.

III.

Reportantes finem fidei) Considera hunc esse scopum fidei, quò salvemur, ut discas unum Dominum rectè credere si salutem animarum unicè respicis.

An πρῶτον v, 18. sit nomen
an verbum?

Cajetanus & Salmeron accipiunt
pro nomine, quasi dixisset quod me
primum vestrum: id est, inter vos sum
primus, quem odio habuerunt, quem ad-
modum

modum & Matth. 10, 15. comparatio
instituitur: & nomen νεωτ & cum geniti-
vo usurpatur per usitatum Hebraismum,
quia 1. eandem cum Apostolis sortem se ex-
pertem ostendit, 2. quia haec phrasis Joh.
1, 15. aequè ita usurpatur, Et quia 3. di-
gnitas personae alias in pronomine 4. quia
etiam temporis prioritas hoc arguit, &
denique quia propterea etiam verbum in
praeterito ponitur de Christo, cum de Ap-
stolis in presenti.

Quare non habuerint Judæi
peccatum?

Varie interpretationes & diversimo-
de explicationes reperiuntur: quidam
enim de peccato incredulitatis intelligunt,
uti August. Epist. 25. & tractu 89. in
Johannem: quidam de contemptione cae-
lestis veritatis, uti Chrysost. Homil. 20.
in caput 6. Epistola ad Heb. Rupertus
de peccato odii. Euthymius de peccato
persecutionis, & alii aliter: Sed omnium
simplicissima, quod ne quidem, quemad-
modum sequentia verba innuunt, pretextum
habeant, quò possint peccatum excu-
sare

sare suum. ut sit idem sensus, propter
identitatem subjecti, non habere pecca-
tum, & non habere pretextum peccati:
Vnde Syrus explanat, nec excusationem
habent quemadmodum & Chryso-
stomus, Homil. 76. in Johannem, & The-
ophylactus itidem interpretatur.

Quid significet hoc loco *δωρεαν*?

Sumitur ista vox quadrupliciter 1. op-
ponitur solutioni precii, ita ut intelli-
gatur absque mercede fieri Gen. 19, 15.
2. opponitur merito, seu ad bonum seu ad
malum, 2. Sam. 29, 5, 3. opponitur even-
tus veritati, Ezech. 6, 10. 4. opponitur ju-
stitiæ, ut idem sit, quod injustè sine justa
causa, Ps. 35, 7. Proverb. 24, 28. ut idem
sit, quod temerè vel ut hic, dum nul-
lam in Christo potuerunt invenire cul-
pam, nullam causam, sed potius contrari-
am.

Non-

Nonne DEI verbum *gladius* dum
corda penetrat

Intima? quin aperit vulnera, multa
potest.

Solatur pugnantes de certamine vi-
Spem gignit, fore quò victor hono-
rus ovet.

Sic verbum nos pugnantes in spem-
que fidem que

Vivificat certam, datq; salutis opes.

Huj' & æternās amaranti viva corona
Justitiæ, fidis quam dabit ipse Deus.

Ista parata corona reposta fidelibus
usque

In coelis, dādi tempora donec erūt.

Gloria quo veniat, quo laurea laudis
honora

JESUS CHRISTUS erit quado bra-
beuta palam.

Certandi nunc tempus adhuc tem-
pusque probandi

Auro quo radiet clarior ipsa fides.

Ostendit *Petrus*, simul & *Schvvertnerus*
id ipsum.

Pergat! & ipse sacer sic *Gladiator*
erit.

GVEINZIVS.

GLYCONICVM

CAusas ensibus affolens
Multi mortiferis suas
Ceu defendere, falsiter
Quos quis lædere crimine
Gestit, quò teneat suum
Fraudum nescia Veritas
Splendorem maculâ sine.
Sic nunc Aoniæ gerit
Noster prælia fortiter
SCHWERTNERUS sacra Pallados:
Bardorumque fugat malos
Errores, sceat *enseq;*
Servet quò sacra Veritas
Verbi perpetuum decus.
Pergat! Signa feret suæ
Latè militiæ, dabit
Cleio dignaq; præmia.

JANI-CHRISTOPHORI
LICHTNERI.

Δ150-

Δ Τρυχιῶν Φοβερῶν καὶ τῶ πλέμοιο
ΜΑΧΑΙΡΑ

ἤτορά μεν κακῶι τραύματα ἠδὲ φέροι.
Θεσπεσίων δὲ παρηγεμῶν ξίφῳ οἶγει ὀδυρ-
ἀντέχειαι θ' ἡμῖν χάρματα αἰδία. (μὲς
τῶτο δίδαξε Πέτρῳ καὶ νῦν ΣΧΟΤΕΡΤΝΗ-
ΡΟΣ ἀπαιεῖ.

"Εμμενεὶ ἐν σπαρῇ! Φῶστε ἔση σφελέρων.

τῶτο αὐτυχεδίασι
Φιλτάτω πρὸσάπλει

Christianus Jüngenfelsius.

DAVID SCHWERTNERUS

RESPONDENS

καὶ ἀναγγραμμαιισμόν

EN DURUS, ARDUUS ENSE,

PRODEST HINC.

Ἐκθεσις.

Dum verè ferus & vere dumfereus En-
sis,

Aestuat armati militis atq; feri

Tunc

Tunc SCHWERTNERE tuus verè simul en-
sis, at ensis

Æstuat innocuus, nobilis atq; sacer:
Nobilis atq; sacer Petri quia dogma tu-
eris,

Flaminis ense sacri, dogmatis ense
sacri.

Florigerisq; ut apes in saltibus omnia li-
mant,

Sic itidem libas aurea dicta Petri.

Ergo vos queis ista dicat curate, parate,
Fama sit ut cœptis non aliena suis.

Nam jam terreno, non flagrat amore
sed unà

Flagrat amore sacro, flagrat amore Dei.
Adde quod EN simul est quoq; DURVS
& ARDVVS ENSE,

Inde piis PRODEST HINC nocet ille
malis.

Pergat & ense sacri se dogmatis ense
precumq;

Incingat porro, nobilis ensis erit.

ἔτω Φιλίας ἕνεκα
ἀναγραμματίζεται

Michael Engelmann.

W *Quictain.*

Als Schwert vnd Eisen kan erfah-
ren wir mit Schmerken/

In dem Bellonen-Schwert uns dringt
durch Marck vnd Bein/

Doch heilet dieser Trost hinweg vnser Herze.

Das wir nach kurzer Noth gelangen Him-
mel-ein.

Nun wie du dieses lehrst/ so gleicht der Him-
mels Kerzen

Dein Lob geliebter Freund: nur mehre des-
sen Schein

Durch Fleiß/so wirst du seyn/ ein Glantz der
Castalinnen

Der deinen Trost vnd Zier/ein Aufzug hoher
Sinnen.

C. I. R. B.

Ad Respondentem.

Eh lobe deinem Sinn/das du der
Henden Dichten

Was von Eliser-Feld' vnd Lerche sie berichten

Ver-

Verachtest: vnd daß der Geist der Menschen
fahre hin
Auff Charons alten Kahn: Drum lob
ich deinen Sinn/
Daß du ein anders lobst / die vnbelante Freude
So vnaussprechlich ist / vnd nach erlittnen
Leude
Des Glaubens Ende bringt / dem der nur
enlt dahin
Durch allen Trübsals-Sturm: Drum
lob ich deinen Sinn.

Melchior Schirmer/
von Freyberg aus
Meissen.

E N D E.

Instandsetzungsschein

ersten und letzten Lagen des Buchblocks
den in siedenden Bädern gereinigt und ge-
tigt. Mürbe und zerissene Teile des Papiers
den ausgebessert.

Bucheinband wurde originalgetreu wieder
gestellt.

ULB Halle

006 386 679





3

Th. 4968

Gabriele Grauer

Halle, den 8.10.1970






B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



21

ELICIARUM
OLICARVM
 STIVALIUM
atio vigesima prima
 PRÆSIDE
 ANO GUEINZIO
 ctore Gymnasii
 Hallensis
Respondente
 SCHVVERTNERO
 via-Germano-Bojo.
 Im
 SIMONIS & JVDÆ
 Is. Is. C.XLIV.
 ALLIS SAXONUM
redum Melchioris Oel-
schlegely.